

# ACTA OFFICIORUM

## PONTIFICIA COMMISSIONE AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

### RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum mandarunt ut infra ad singula :

#### I — DE PROVISIONE PAROECIARUM

D. An sub verbis : *peculiaria locorum ac personarum adiuncta*, de quibus in canone 458, veniant quoque necessitates oeconomiae dioecesis.

R. Negative.

#### II — DE FORMA CELEBRATIONIS MATRIMONII

D. Utrum grave incommodum, de quo in canone 1098, sit tantum illud quod immineat parocho vel Ordinario vel sacerdoti delegato qui matrimonio assistant, an etiam illud quod immineat utriusque vel alterutri matrimonium contrahenti.

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

#### III — DE IURE ACCUSANDI MATRIMONIUM

D. An coniugi, inhabili ad accusandum matrimonium ad normam canonis 1971 § 1 n. 1, competit ius appellandi vel recurriendi adversis sententiam in favorem matrimonii latam.

R. Negative, salvis extrajudicialibus recursibus.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 3 mensis Maii, anno 1945.

Card. M. MASSIMI. *Praeses.*

L. ☦ S.

I. Bruno. *Secretarius.*